UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1848

MDCCLXVIII. Verordnung des Papstes Nicolaus V. wegen der geistlichen Jurisdiction in der Mark, vom 1. Juli 1447.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56633

Visual Library

widder geben, ehr wenn wir In von der Molen entſetczen ader wem er ſie in ſolcher maſze verkouffte, vnd ſollen ſie der beczalunge ane arg, das Im genüget. Were auch ſach, das dem vorgnannten Niclas vnd ſeinen erben In vnſerm teile der Molen nicht ſugete czu ſein vnd er den vierdenhalben ſcheffel eyme anderen molner vorkouffte vmmb alſo vil geldes, als vorgeſchriben ſteet, deme wolle wir vnd vnnſer erben ouch vnſeren offen brieff geben In eyme ſulchen luthe, alſe diſſer geinwertiger brieff luthet. Das wir alle diſſe vorgeſchreben rede ſtete vnd gancz halden wollen ane arg, des czu Orkonde etc. — Nach Criſti gebort virczenhundert Jare darnach In dem Sechs vnd vierczigſten Jare, an dem neheſten fritage nach aller heiligen tage.

Nach dem Kurm. Lehns-Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs XX, 241.

MDCCLXVIII. Verordnung des Papſtes Nicolaus V. wegen der geiſtlichen Jurisdiction in der Mark, vom 1. Juli 1447.

Nicolaus etc. Ad futuram Rei Memoriam. Etſi de cunctis chriſtifidelibus ut a noxiis et gravaminibus tam realibus quam perſonalibus releventur, quantum cum Deo poſſumus, ex apoſtolice ſervitutis officio nos iugiter cogitare conveniat et proviſionem impendere ſalutarem, de ſtatu tamen et tranquillitate ac commodis Romane eccleſie devotorum, et eorumdem ſubditorum incolarum et habitatorum eorumdem ut ab incommodis preſerventur immunes, quanto illos inter ceteros nobis et Romane eccleſie affectos propenſiori complectimur caritate. Hinc eſt, quod nos attendentes diverſa gravamina ac perſonarum, rerum et bonorum diſpendia, quibus dilecti filii ſubditi et incole et habitatores in temporali dominio territoriorum et locorum dilecti filii nobilis viri Frederici Marchionis Brandeburgenſis ac ſacri Imperii electoris et Archicamerarii conſiſtentes hactenus ſuerunt laceſſiti et volentes eoſdem ab incommodis tam realibus quam perſonalibus, que ſubirent, ſi ultra duas dietas a domiciliis eorum traherentur in quibuſcumque cauſis, paterne caritatis officio relevare ac ſupplicationibus dicti Marchionis, aſſerentis velle unicuique de ſuis ſubditis, incolis et habitatoribus iuſticiam miniſtrare, in hac parte ſavorabiliter annuentes, auctoritate apoſtolica ex certa ſcentia ac preſenti conſtitutione perpetuo duratura decernimus, ſtatuimus et ordinamus, quod de cetero ipſius Marchionis Subditi, incole et habitatores, in terris et locis eidem Marchioni et ſucceſſoribus ſuis pertinentibus commorantes, a domiciliis ſuis ultra duas dietas quarumcumque litterarum apoſtolicarum etiam conſervatorialium, ſub quacumque forma a Sede apoſtolica etiam pro tempore emanatarum, aut reſcriptorum apoſtolicorum conſtitutionis ſub pretextu generalis Concilii, vel alias obtentorum quavis occaſione vel cauſa trahi ſeu ad iudicium evocari non poſſint et coram alio vel aliis preterquam Marchione et Succeſſoribus prefatis vel ab eo deputatis ſeu deputandis iudicibus, in quibuſcumque cauſis civilibus vel criminalibus conveniri, ſeu de iuſticia reſpondere teneantur, nec ad id a quoquam inviti compelli ſeu coartari poſſint, diſtrictius

inhibentes omnibus et ſingulis locorum ordinariis ceteriſque iudicibus ac delegatis et ſubdelegatis apoſtolica vel alia quavis auctoritate deputatis ſeu deputandis, ne ſubditos, habitatores et incolas Marchionis et ſucceſſorum ſuorum contra decretum, ſtatutum et ordinationem predictam quoviſmodo moleſtent, inquietent vel perturbent, aut moleſtari, inquietari vel perturbari permittant, decernentes exnunc irritum et inane, quidquid per quoſcumque contra premiſſa fieri, ſeu attemptari contigerit nulliuſque exiſtere roboris vel momenti, et nichilominus omnibus et ſingulis Archiepiſcopis, Abbatibus, Prepoſitis, Decanis, Scolaſticis, Cantoribus et Canonicis tam Metropolitanarum, quam Cathedralium eccleſiarum ſimiliter diſtricte precipiendo mandamus, quatinus quotiens pro parte dicti Marchionis heredum vel ſucceſſorum eius, aut Subditorum et habitatorum et incolarum predictorum, vel alicuius eorum fuerint requiſiti vel alter eorum fuerit requiſitus, ipſis et cuilibet eorum in premiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtant, non permittentes, ipſos vel aliquem eorum contra decretum, Statutum et ordinationem predictam quomodolibet moleſtari, inquietari ſeu etiam perturbari, Contradictores et rebelles per cenſuram eccleſiaſticam et alia iuris remedia compeſcendo, proceſſuſque deſuper neceſſarios aggravent et reaggravent aliaque circa hec neceſſaria et oportuna faciant et exequantur, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus tam fel. rec. Bonifacii pape VIII. predeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Dioceſim niſi in certis exceptis caſibus et in aliis ultra unam dietam a fine ſue Dioceſis ad iudicium evocetur, quam de duabus dietis in Concilio generali, et aliis quibuſcumque Conſtitutionibus in contrarium editis, Seu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas, non facientes plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnacionis dominice Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo, Kalendis Julii, Pontificatus noſtri Anno primo.

Nach einer Abſchrift aus dem Vaticaniſchen Geh. Archive Anni I. p. 99, T. IV. Dieſelbe Urkunde findet man in dem Kurmärk. Lehns-Copialbuche XXI, fol. 196 mit dem Datum Quarto Idus Septembris, pontificatas noſtri anno primo.

MDCCLXIX. Kurfürſt Friedrich vereignet der Stadt Kottbus den Juden Jordan und nimmt dieſen in ſeinen Schutz, am 17. April 1448.

Wir fridrich von gotes gnaden Marggraue czu Brandenburg etc. Bekennen offentlich — das fur vnns komen ſein vnnſer lieben getruwen Burgermeiſtern vnd Ratmannen vnnſer Stat Cottbus vnd haben vnns mit demutigen fliſſe gebeten, das wir In Jordan Joden mit ſeiner huſzfrowen, Iren kindern vnd ſeinen huſzgeſinde vereygen wollen In maſzen In der von Cottbus die vormals auch vereygent hat. Solch Ir fleiſſig gebete vnd getrewe dinſte, die ſie vnns vnd vnnſer herſchafft offte gethan haben vnd In czukunfftigen